ὦν ἐνεκάλειν, ἐπεὶ ἐδόκει αὐτῇ ἀμαρτάνειν ὁ υἱός, ἐπέσειλεν, Ἄ μήτηρ Παιδαρήτω. Ἡ βελίονα πρόσσειν σε, ἢ αὐθι μῦθε, ἀπογνῆς τὰν ἐς Σπάρταν σωθῆριαν. Ἐτέρα ἐπ' ἀδικήματι τῷ παιδὶ κεινομῶν, Τέκνον, εἶπεν, ἢ τὰς αἰτίας ἢ σεαυτὸν τῷ ζῆν ἀπόλυσον. Ἄλλη χωλὸν υἱὸν ἐπὶ παρατάξιν προπέμπουσα, Τέκνον, εἶπε, κῆ βῆμα τ' ἀρετῆς μέμνησο. Ἄλλη, τῷ παιδὸς αὐτῇ ἀφικομῶν ἀπὸ παρατάξεως τετραμῶν τὸν πόδα, καὶ σφόδρα ἀλγύνει, Ἐὰν τ' ἀρετῆς, εἶπε, μέμνη, ὦ τέκνον, καὶ ἀπονέου ἔση κῆ θάρρησις. Λάκων τρωθεὶς ἐν πολέμῳ, καὶ βαδίζειν ἐ διωμῶν, τετραποδισὶ ὄδουεν. αἰχμηομῶν δ' αὐτῷ ἐν γελοίῳ, ἢ μήτηρ, Καὶ πόσω βέλτιον, ὦ τέκνον, εἶπε, μᾶλλον ἐπὶ τῇ ἀνδρείᾳ γενηθῆναι ἢ αἰχμῶεσθ' ἐπὶ γέλωτι ἀνοήτῳ; Ἄλλη προσαναδιδῶσα τῷ παιδὶ τῷ ἀσπίδα, κῆ παρακελευομῶν, Τέκνον, ἔφη, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰς. Ἄλλη προϊόντι τῷ υἱῷ ἐπὶ πόλεμον, ἀναδιδῶσα τῷ ἀσπίδα, Ταύτῳ, ἔφη, ὁ πατῆρ σοι αἰεὶ ἔσωζε· κῆ σὺ ἐν ταύτῳ σώζε, ἢ μὴ ἔσο. Ἄλλη πρὸς τὸν υἱὸν λέγοντα μικρὸν ἔχειν τὸ ξίφος, εἶπε, Καὶ βῆμα πρόσσει. Ἄλλη ἀκῆσασα ὅτι ὁ υἱός αὐτῆς ἐν παρατάξει ἀνδραγαθήσας ἀπέθανεν, Ἐμὸς γῶ ἦν, εἶπε. Περὶ δὲ τῷ ἑτέρῳ πυθομῶν ὅτι ἀποδειλιάσας σώζε, Οὐ γῶ ἦν ἐμὸς, ἔφη. Ἐτέρα ἀκῆ-

σασα

esse judicaret, has ad eum literas misit, Aut melius te quàm antea gerito, aut istuc, desperato in Spartam reditu, maneto. Alia, quum filius sceleris alicujus reus ageretur, Fili, inquit, aut his criminibus aut vita te libera. Alia filium claudum in aciem emittens, Fili, inquit, ad singulos gressus virtutis recordare. Alia quum ejus filius ex acie redisset, qui ex vulnere quod in pede acceperat magno dolore afficiebatur, Si virtutis, inquit, recorderis, ὁ fili, & dolore carebis, & bono animo eris. Laco quidam ita vulneratus in pugna ut incedere nequiret, quadrupes gradiebatur. Sed quum eum risui esse puderet, dixit

ei mater, Quanto verò fatius est, fili, ob virtutem exultare, quàm ob stultum risum pudore affici? Alia scutum filio præbens, eumque [ad fortitudinem] cohortans, Fili, inquit, aut hanc, aut super hac. Alia filio ad bellum proficiscenti scutum tradens, Hoc, inquit, pater tibi semper servabat: tu quoque igitur hoc serva, aut [in vivis] ne esto. Alia filio parvum esse suum ensẽm dicenti, Adde, inquit, & gressum. Alia, quum filium strenue proelium cecidisse in acie audisset, Meus enim erat, inquit. Quum verò alterum qui ignavè se gesserat, superesse intellexisset, Non enim meus erat, inquit. Alia, quum filium

σασα τείκεται τὸν υἱὸν ἐν μάχῃ, καθάπερ ἐτέτακτο, Κάτθε αὐ-
 τὸν, ἔφη, ἀναπληρωσάτω ὃ τῷ ἐκείνῃ τάξιν ὁ ἀδελφός. Ἄλλη
 πομπὴν τελέσασα πάνδημον, ἤκασεν ἐπὶ τῇ παρατάξει νικῶν τὸν
 υἱὸν, ἐκ ὃ τῷ τραυμάτων πολλῶν γρουμῶν θνήσκει. ἔπειρο-
 μίην ἔν τὸν σέφανον, ἀλλὰ σεμνωθεῖσα πρὸς τὰς πλησίον, εἶπεν,
 Ὡς πολλῶ κάλλιον, ὦ φίλαι, ἐστὶν ἐν παρατάξει νικῶντα τελευ-
 τῶν ἢ τὰ Ὀλύμπια πεινωτόμρον ζῆν. Διηγμῆρς τινὸς τῇ ἀδελφῇ
 γρουαῖον θάνατον τῆ παιδὸς αὐτῆς, εἰκίνη εἶπεν, Ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ
 γέγηθα, τοσῶτον ἐπὶ σοι ἀχθομαι, ἐναρέτε σιωδίας ἀπολειφθέντι.
 Λακαῖνη τις προσέπεμψεν εἰ φθορᾷ σιωεπινθῆει. ἡ δ' ἔφη, Παῖς
 μὲν ἔτα ἔμαθον τῷ πατρὶ πείθεσθαι, καὶ τῶτο ἔπραξα· γυνὴ ὃ
 γρουμῆρς, τῷ ἀνδρὶ. εἰ ἔν δικαίᾳ με πῶσακαλεῖ, τῶτω φανερὸν ποιη-
 σάτω πρῶτον. Παρθένῳ πενιχρᾷ ἐρωτηθεῖσα τίνα δίδωσι τῷ γα-
 μῆτι προῖκα, Τῷ πάτειον, εἶπε, σωφροσύνη. Λάκαινα ἐρωτη-
 θεῖσα εἰ ἀνδρὶ προσελήλυθεν, Οὐκ ἐγὼ, εἶπεν, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ἐμοί.
 Κρύφα τις διαπαρθενωθεῖσα, καὶ διαφθείρασα τὸ βρέφῳ, ἔτως
 ἐνεκαεξέτησε, μηδεμίαν προσενηκαμῆρην φωνῶν, ὥσε καὶ τὸν παῖρα
 καὶ ἄλλας πλησίον οἷας λαθεῖν ἀποκνήσασα. τὸ γὰρ μέγεθῳ τῷ
 ἀλγι-

filium in acie statione sua servata cecidisse intellexisset, Eum, inquit, [in terram] deponite: supplemento autem, in eadem illa statione, sit frater. Alia, quum pompæ interesset quæ publicè celebrabatur, & filium in prælio victorem fuisse, sed ex vulnerum multitudine interiisse audisset, non detracta sibi corona, sed jactabunda illis quæ adstantibus dixit, Multo est honestius, amicæ, in acie vincentem occumbere, quàm Olympia vincentem superstitem esse. Quum quidam forori generosam filii ejus mortem narraret, respondit, Quanto ob illum gaudio, tanto propter te dolore afficior, quòd hanc occasionem illum in virtutis itinere comitandi amiseris. Quum

quidam Lacænam de stupro per nuncium sollicitaret, & an assentiretur quæreret, respondit illa, Dum quidem puella essem, patri parère didici, idque feci: ex quo autem mulier facta sum, viro. Proinde si justa sunt quæ me rogat, huic primum declaret. Lacæna virgo paupercula interrogata quam dotem datura esset ei qui ipsam duceret in uxorem, Patriam pudicitiam, inquit. Lacæna interrogata an ad virum accessisset, Minimè, inquit, sed vir ad me. Occultè vitiata quædam quum necatum abortu foetum ederet, adèd patienter dolores pertulit, ne vocem quidem ullam emittens, ut infcio patre aliisque qui propè erant, enixa sit, magnitudinem enim dolo-

ἀλγηδόνων τῇ δόξημοσυνῇ τὸ ἀχρημον προσαεσὸν ἐνίκησε. Λά-
 καινα πιπρασκομδρῆ, καὶ ἐρωτωμδρῆ τί ἐπίσα), ἔφη, Πισὰ ἦμδρ.
 Ἄλλη αἰχμαλωτωθεῖσα, ἢ ἐρωτωμδρῆ παραπλησίως, Εὖ οἰκεῖν οἶκον,
 ἔφη. Ἐρωτηθεῖσά τις ὑπὸ τινος εἰ ἔσαι ἀγαθὴ ἀν αὐτῷ ἀγο-
 ράση, εἶπεν, Καὶ μὴ ἀγοράσης. Ἄλλη πιπρασκομδρῆ, τῷ κήρυκτος
 πυθανομδρῆ τί ἐπίσα), εἶπεν, Ἐλευθέρα ἦμδρ. Ὡς δὲ ὁ ὠνησά-
 μδρτος προσέτασέ τινα αὐτῇ ἔχ ἀεμόζοντα ἐλευθέρα, εἰπέσα,
 Οἰμῶξ, φθονήσας σεαυτῷ τοιάττε κήματτος, ἔξήγαγχε ἐαυτῷ.

dolorum ea turpitudine qua in virginalem honestatem peccaverat, superavit. Lacæna quædam quum væniret, interrogata quid sciret, respondit, Fidelis esse. Alia, quum captiva esset, & de eadem re interrogaretur: se nosse domum bene administrare, respondit. Alia interrogata probâne futu-

ra esset si ipsam emeret: Etiam si non emas, inquit. Alia, dum venderetur præcone percontante quid nosset, Libera esse [novi] inquit. Quum autem emptor quædam liberam non decentia illi imperaret: hæc loquuta, Pœnas dabis quod tibi talem possessionem invideris, mortem sibi conscivit.



MICHAEL MATTAIRE

HONORATISSIMO VIRO

D^{no} JOANNI CARTERET

S. P. D.

TUIS, Vir nobilissime, parui jussis: & admovi manus operi; cui contigerat, ut, paulò postquam inceptum fuisset, abrumperetur. Fateor equidem me huic, quod mihi mandaveras, negotio fuisse minimè idoneum: quippe non oportuerat temere aggredi rem, priùs haud provisam & maturè pensatam. Præterea cùm jam essem in studiis diversi generis occupatus, duas curas meum pectus non admittebat; neque penes me erat operam dare nisi tumultuariam & subitariam. Omnia autem, Vir Humanissime, postpono, dummodo tuis praeceptis obediam: malòque nimis imprudens & inconsultus, quàm minùs obsequens, videri. Nescio tamen, an quis non putaverit me minùs vituperandum; quòd id imparatus susceperim, quàm quòd opellæ, hujusmodi festinatae & penè extemporalis, tuum præfixerim nomen; meàmque hanc mercium farraginem sub patrocinio tam insigni ausim obtrudere. Sed fallitur, quisquis id factum crediderit, ut tam exili isti miscellaneorum fasciculo pretium arrogem. Aliud mihi fuit consilium. Me multis rationibus vix unquam dissolvendis obligatum tenes. Nuperrimè non satè tibi visum est meos Seniles lusus pro-

B b

pediem

pediem in lucem prodituros tuâ gratiâ dignari, nisi tuæ commendationis autoritate multos infuper ex Nobilium Ordine iisdem conciliares patronos. Hanc itaque nunc oblatam omittere nolui occasionem palàm agnoscendi, cui tot accepta referre debeam beneficia; & publicè edendi confirmatum meis verbis animi grati testimonium.

Vale, Vir Insignissime. Diu DEUS OPT. MAX. Te sospitet; tuæ Patriæ, tui Ordinis, universæque Reipublicæ Literariæ ingens Decus & Ornamentum.

Ex Museolo. Londini. CIO. IOCC. XLI.
Non. Quintil.

Nomina eorum, quibus adscribuntur Apophthegmata.

Numeri, quibus Stellula præfigitur, partem posteriorem indicant.

A CROTATUS	pag.	Archidamus, Agefilai fil.	Damindas,	ibid.
	* 22	53, * 28	Damonidas,	54, * 31
Ægyptii reges,	7	Archidamidas,	Darius,	3
Agaficles,	* 1	Argileonis,	Demaratus,	* 32
Agathocles,	13	Arigeus,	Demetrius,	30
Agefilaus,	51, * 1	Aristides,	Demetrius Phalereus,	47
Agefipolis, Cleombroti fil.	* 18	Ariston,	Dercylidas,	* 31
		Artaxerxes,	Dion,	14
Agefipolis, Pausaniæ fil.	* 19	Artaxerxes Mnemon,	Dionysius senior,	10
		Astycratidas,	Dionysius junior,	13
Agis,	50	Ateas,	C. Domitius,	69
Agis junior,	53, * 22	Augustus Cæsar,	Emeropes,	* 33
Agis, Archidami fil.	* 19	Bias,	Epænetus,	ibid.
Agis, rex Lacedæmoni-		Brasidas,	Epaminondas,	55
orum ultimus,	* 22	49, * 30	Eubædas,	* 33
Alcamenes,	* 23	Cæcilius Metellus,	Eudæmonidas,	54
Alcibiades,	39	80	Eudamidas,	* 33
Alexander,	20	Callicratidas,	Eumenes,	33
Anaxander,	* 24	* 38	Eurycratidas, Anaxandri-	
Anaxandridas,	* 23	Cato senior,	dæ fil.	* 35
Anaxilas,	* 24	71	Q. Fabius Maximus,	63
Androclidas,	ibid.	Catulus Luctatius,	C. Fabricius,	62
Antalcidas,	55, * 25	82	Gelo,	9
Antigonus,	27	Chabrias,	Gorgo,	* 86
Antigonus secundus,	31	42	Gyrtias,	* 87
Antiochus,	34	Charillus,	Hegesippus,	42
Antiochus Hierax,	32	48, * 64	Herondas,	* 35
Antiochus tertius,	ibid.	Cicero,	Hiero,	9
Antiochus Lacon.	55, * 26	87	Hippocratidas,	* 37
Antipater,	32	Cleombrotus, Pausaniæ fil.	Hippodamus,	ibid.
Archelaus,	14	* 40	Idathyrfus,	8
Archidamus,	49	Cleomenes,	Iphicrates,	40
Archidamus, Zeuxidami		53	Julius Cæsar,	90
fil.	* 27	Cleomenes, Anaxandridæ	Labotus,	* 43
		fil.		
		* 40		
		Cleomenes, Cleombroti		
		fil.		
		* 43		
		Cotys,		
		7		
		M. Curius,		
		61		
		Cyrus,		
		3		
		Cyrus junior,		
		5		
		Damatria,		
		* 87		
		Damis,		
		* 31		

Lacænarum Apophthegmata, * 86	Orontes, 6	C. Popilius, 82
Lacedæmoniorum instituta, * 76	Pædaretus, 54, * 61	Ptolemæus, Lagi fil. 27
Laconum ignobilium Apophthegmata, * 65	Panthœdas, * 58	Pyrrhus Epirota, 33
Lamachus, 40	Paryfatis, 6	Pytheas, 42
Leo, Eurycratidis fil. * 44	Paulus Æmylius, 69	T. Quintus, 67
Leonidas, Anaxandridæ fil. ibid.	Pausanias, Cleombroti fil. * 59	Scilurus, 8
Leotychidas, * 43	Pausanias, Plifanactis fil. * 60	Scipio senior, 65
Leotychidas, Aristonis fil. * 44	Pelopidas, 60	Scipio junior, 74
P. Licinius, 69	Pericles, 39	Semiramis, 4
Lochagus, 47	Philippus, Macedon. rex, 15	Sous, * 63
Lucullus, 83	Phocion Atheniensis, 43	Sylla, 82
Lycurgus, 47, * 47	Phœbidas, * 63	Teleclus, 48
Lysander, 50, * 55	Pisistratus, 46	Telecrus, * 63
Lysimachus, 31	Pliftarchus, Leonidæ fil. * 61	Teres, 7
C. Marius, 80	Plifonax, Pausaniæ fil. * 62	Thearidas, * 36
Memnon, 7	Polycratidas, * 63	Tectamenes, * 37
Myronides, 38	Polydorus, Alcamenis fil. * 62	Themistias, * 36
Namertes, * 58	Poltyx, 7	Themistocles, 35
Nicander, ibid.	C. Pompeius, 83	Theopompus, 49, * 36
Nicostratus, 54		Therycion, * 37
		Timotheus, 41
		Xerxes, 4
		Zeuxidamus, * 35

Miscellanæ Adnotationes in hos Plutarchi libellos,
ex variis scriptoribus collectæ.

EDITIONO hæc Græcum (Parif. 1624, folo. & Henr. Stephan. 1712, 12^o) textum exhibet; Latinam Xilandri, in Apophthegmatibus Regum & Imperatorum, Laconumque; Henrici autem Stephani in Laconicis Institutis & Lacænarum Apophthegmatibus interpretationem: cum Raphaelis Regii (ubi necessarium videtur) versione; necnon lectiones passim variantes; & in locis diversis observationes & conjecturas.

Raphael Regius suam versionem primùm in 4^{to}, 1507. edidit: postea à Simone Colinæo in 8^{vo}. 1530. recusam. Partem priorem, scilicet Apophthegmata Imperatorum & Regum, Joanni Ludbrancio Posnaniensi Episcopo; posteriorem, scilicet Laconum & Lacænarum, Leonardo Lauradano Venetiarum Principi, dedicavit. Illis commendat Apophthegmatum lectionem: quæ, ait, *Cùm nihil aliud sint, quàm acuta quædam & brevia, non cujuslibet quidem dicta, sed oratorum, ducum, legislatorum, imperatorum, ac virorum illustrium; posse cùm omnes alios, tum principes & antistites, non inter legendum modò, verùm inter loquendum quoque & consultandum juvare. Quis enim magni excellentisque sapientiâ viri auctoritate atque sententiâ non moveatur? Huc accedit multarum historiarum cognitio, quas apud alios scri-*

ptores haud facillè invenias. Tametsi namque Apophthegmata ab historiâ semota esse videantur, citra historiam tamen minimè describi possunt. — Apophthegmata, cùm nihil aliud sint, quàm quidam historiarum flosculi, quarum assiduâ lectione nihil illis, qui rempublicam administrant, utilius esse potest; non solum Trajano Cæsari (cui primùm à Plutarcho dicata fure) sed etiam aliis principibus congruere sunt judicanda.

Henricus Stephanus hæc Apophthegmata Græcè & Latinè in 12^o, 1568. emisit: & in suæ editionis initio sic compellat *Φιλάτειον* lectorem. — *Quod scripti genus in universâ linguâ extat, quod tam multa tam paucis verbis, tam propriis, tam dilucidis, tam elegantibus comprehendat? Quod tantam cum tantâ utilitate delectationem conjunctam habeat? Quod tam facillè mandari memoriæ possit? & quod ubi semel mandatum memoriæ fuerit, tot se offerant in eam revocandi occasiones? Adeò ut hoc quoque mirum mihi videatur, cur, si pueros excolere memoriâ oportet (ut certè oportet) Apophthegmata locum aliquem inter illa, quæ ediscere jubentur, non obtineant. At non omnia captui puerorum conveniunt. Fateor id quidem: sed quæ conveniant, à sagaci præceptore seligi posse aio. Addo etiam*

pleraque esse Apophthegmata, præsertim verò ea, quibus ad objectum aliquid respondetur, quæ existimem pueris non sinè magno fructu ad scribenda epigrammata proponi posse: id est, ut uniuscujusque sententiam brevi epigrammate concludant. Ipse certè non parvum olim ex hâc scriptione emolumentum percipere mihi videbar. — Interpretationem ex Raphaelæ Regio potius quàm ex Erasmo sumpsit: quod liberior hujus, quàm illius, sæpe interpretatio sit; rarò fidelior. Imò verò plerisque in locis à Raphaelæ discedens Erasmus, simul à vero authoris sensu discessit. Adde, quòd levia alioqui Græci exemplaris menda Erasmus in magnos errores impulerunt; non itidem Raphaelæ. Cujus rei exemplum proferre libet. Ubi * Parysatidis dictum commemorat Plutarchus, habent typographicæ editiones, quæ meam præcesserunt, τὴ βασιλέα pro τὴ πρὸς βασιλέα: quod leve editionum illarum mendum Erasmus in gravem errorem impulit (leve appello, quod brevi labore emendari potuit.) Cùm enim ibi legisset, Παρύσαλις ἢ Κύρα ἢ Ἀρταξέρξης μήτηρ ἐπέλωε τὴ βασιλέα μέλλουσα μὲ παρρησίας διαλέσασθαι, βουσινοῖς χεῖρσιν ῥήμασι, interpretatus est, Parysatis Cyri & Artaxerxis mater præcipere solet, ut rex palàm & liberè locuturus verbis byssinis uteretur; hoc est, magnificis ac mollibus, quòd sermonis blandities rei mitigaret asperitatem. Quibus subjungit, ad hujus dicti enarrationem; reges bysso vestiuntur; sed talem decet regis esse orationem, qualis est amictus. Atque ita Erasmus consentaneam suæ interpretationi explicationem subjunxit; sed neutram sanè rationi consentaneam. Utrius enim potius est, mollibus & blandis

verbis uti; ipsiusque regis, an ejus, qui eum alloquitur? Imò verò de hoc dubitare, esset in dubium vocare, sitne rex ἀρχων an ἀρχόμωρος. Multò igitur rectius Raphael; Parysatis Cyri & Artaxerxis mater jubebat eum, qui regem allocuturus esset, byssinis & mollibus uti verbis: legens videlicet, τὴ πρὸς βασιλέα μέλλουσα διαλέσασθαι. (Ut autem lectionem hanc vet. exemplaria, sic & constructionem istam verbi διαλέσασθαι, plerique scriptorum loci confirmant.) Quo uno exemplo cùm fidem ejus, quod dixi, fieri posse censeam (videlicet Erasmus, alicubi à Raphaelis interpretatione discedentem, à vero authoris sensu discessisse; & à parvo errore in magnum impulsus fuisse) alia non adjiciam.

Ludovicus Cælius Rhodiginus in libro suarum antiquarum lectionum duodecimo, capite 39. (Ed. 1518.) Erasmi expositionem amplexus est. Rhodigini auctoritatem in suâ Thesauri Latini à Roberto Stephano compositi editione adduxerunt (sub voce Byssinus) Lugdunenses illius editionis curatores.

Miror interim Henricum Stephanum, qui tam graviter in Erasmus invehitur, in eundem errorem incidisse: cùm in sui Græci Thesauri Indice (sub voce βύσσιμος) hunc locum eodem, quo Erasmus, sensu exponit. Atqui ejus Thesaurus anno 1572. prodiit: annis scilicet quatuor postquam Plutarchi Apophthegmata edidisset. Credámne intrà quadriennii spatium animo viri adeò sagacis tantam subrepisse oblivionem, ut secum tam apertè pugnaret; an putem, potius quàm hujusmodi insignem lapsus in memoriam transferam, illum μὲ δάλλεας φρονιδας in diversam transiisse sententiam?

- Pag. 2. lin. 6. Xiland. ἔχει τι ἡμέτερον
Σύλαγμα —
- P. 4. l. 16. προσεκύνησε, καὶ τὸ διάδημα
 ἐπέθεκεν Raphael Regius vertit, *Et*
adoravit, & ejus capiti diadema
imposuit.
- P. 5. l. 11. τὰ ἱμάτια, τίλλεσθαι ἢ τὴν τι-
 ἀραν ὑποθεμελίαν.
- P. 6. l. 18. Xilander observat in MS^{to}
 legi βασιλεῖ, & additâ præpositione
 sic disponit, τὴν πρὸς βασιλέα μέλλουσα μὲν
 παρρησίας διαλέσθαι. Raph. Reg. —
eum, qui regem allocuturus esset —
- P. 8. l. 12. Xiland. ex Suid. Ἀντίεας vel
 Ἀνταίας. — Et mox l. 15. Ἀρμενίαν
 pro Ἰσμηνίαν.
- P. 11. l. 4. Οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ τύραννος.
 Raph. Reg. *Non es principatui aptus.*
 l. 19. τὴν μέθοδον — Xiland. *astum*
 — Raph. Reg. *commentum & artem*
 — Nescio, an vox *astus* in accusa-
 tivo legatur.
- P. 12. l. 5. ἐκείνον μὲν, &c. Raph. Reg. *il-*
lum quidem ut naturâ & vino furen-
tem dimisit; hunc verò ut consultò
malevolum & hostem interfecit.
 l. 18. κερκεληδόν, &c. Raph. Reg.
Utpote qui divitiis uti didicisset, ne-
que utile inutile redderet.
- P. 31. l. 7. Τό — gravi tono scriben-
 dum est τὸ —
- P. 17. l. 22. *uterque autem, neuter.*
 Scribe *Uterque* — quasi *Proprium*
 nomen.
- P. 21. l. 15. ἀρωμαλοφόρος — *thuriferæ*
regionis — Raph. Reg. *aromatiferâ*
regione —
 l. 33. *Quodam* — *petenti* — non-
 ne præstaret efferre *cuidam* in da-
 tivo?
- P. 23, l. 34. *substituri* — Latinius fo-
 ret *toleraturi*, — & sic Raph. Reg.
tolerabunt —
- P. 29. l. 5. βελόμοδος τι μαθεῖν — *volens*
aliquid melius cognoscere — Raph.
- Reg. verba propiùs vertit; *nescio-*
quid intelligere volens.
- l. 7. χιονοβόλος ἢ ὄρεα — *λειποβαλα-*
νεῖν, &c. tempus niviacum factum
stirpidefluam fecisse regionem —
 Raph. Regius portentosa hujusmodi
 vocum compositione uti noluit, sic
 reddens — *anni tempus nivem jaciens*
 — *effecisse, ut herbâ regio vacaret.*
 Henr. Stephanus in Thesauro, pro
 λειποβαλανεῖν reponit λειποβόλανεῖν; quod
 melius mihi videtur; quamvis in Pa-
 risiensi; & in ipsius Stephani editi-
 one λειποβαλανεῖν scribatur.
- P. 33. l. 28. *regnum accepit*, sed Henr.
 Stephan. *accepit.* Raph. Reg. *cæpit*
regnare.
 l. 18. Πολυπέρχης — l. 32. *Poly-*
perchon. — Raph. Reg. *Polyperches.*
- P. 34. l. 5. ὠκυπέροις — *solidis alis* —
 Raph. Reg. *velocibus alis* —
- P. 35. l. 4. θυμιαμάτων καὶ ἀρωμάτων πλῆ-
 θος — *aromatum copiam* — Raph.
 Reg. *odorum & aromatum copiam* —
- P. 36. l. 14. τὴν Θεμιστοκλέα — Raph.
 Reg. *Themistoclem* — Xilander omi-
 fit.
 l. 19. ἐντροφῶν τῇ μητρὶ — *erga*
matrem petulantius se gerentem —
 Raph. Reg. *qui matri in deliciis e-*
rat — Utraque stabit versio, si Henr.
 Stephani Thesaurus consulatur; ubi
 ἐντροφῶ σοι, *per delicias & lasciviam*
illudo & ludibrio habeo.
- P. 37. l. 2. τὴν ἐκείνην μητέρα — *uxorem* —
 Raph. Reg. *matrem illius* — Nam
 filii mater est uxor patris.
 l. 10. ὡπερ τευθίδας, lege Erasmi.
 Proverb. *Teuthidum more.*
 l. 13. ποικίλοις σρώμασιν, *aulcæis* —
 Raph. Reg. *variis piceisque stragulis* —
 l. 14. καὶ διαφθεῖρειν, Raph. Reg. &
delere — quod Xilander non expref-
 sit.

- P. 39. l. 1. εἶναι — erratum corrige, & scribe ἀλλ' εἶναι —
 l. 2. ἄλοκα — Xilander observat legi posse ἄλκα, uti Homer. Il. γ'. ὕ 707.
- P. 40. l. 7. Σποφυγήν — Xilander mavult legere Σποφυγεῖν. Sic & H. Steph. in Thesauro.
- P. 40. l. 18. τραυμασίαν — Xilander sensum commodiorem secutus mavult legere τραυμασίας; itaque vertit *saucius*. Sic & Raph. Reg. *vulneratus*.
- P. 41. l. 3. προσεδόκησα, *putáram*. Raph. Reg. *expeētáram* — eodem sensu, sed magis ad verbum.
- P. 43. l. 25. nemo neque — Græcè οὐδ' ἐδενός ἔτε — Negatio duplex affirmat, apud Græcos sæpius, rariùs apud Latinos; itaque Raph. Reg. *neque ridens neque lachrymans ab ullo unquam visus est*.
- P. 45. l. 5. Ἐκπαρέτῃσι — & l. 6. masculinè καλοὶ ὄντες —
 l. 7. Πεπεῖχθαι, &c. Raph. Reg. *Hæc quidem esse gesta, illa verò consultata*. Quæ magis ad Græcum accedunt, quàm quæ apud Xiland. Nisi quòd *consultata* videatur mihi minùs Latinè dici.
 l. 23. *Lamiacum* — apud Raph. Reg. abest, neque est in textu; sed Xilander addit ex historiâ.
- P. 46. l. 15. φραμαλόδεσμον — *vestem stragulam* — Raph. Reg. *stratum colligatum* —
- P. 48. l. 2. ἐν τῇ πόλει — *Sparta* — Raph. Reg. *in urbe* —
- P. 49. l. 5. ἔδ' εἰ γυναικῶν. *Si rectè sic legatur* (ait Xilander) *Theopompus contemnebat eum, qui in muro fiduciam locaret, & mulieres vocabat tales viros* (non igitur opus est his mulieribus.) *Si autem legatur ἔδ' εἰ γυναικῶν* (utè interpretes videntur legisse, ne si mulierum quidem fit)
- hoc voluit Theopompus, ne mulieres quidem certas de suâ salute esse, muris tantùm, non fortitudine virorum fretas. Fateor tamen me in hóc loco omnino cæcutire. Sed confer hunc cum alio loco in Laconic. p. 12, l. 14.*
- P. 50. l. 11. τόνη — Doricus hic Pronominis Dativus alibi non mihi occurrit. Τὴν in loco huic confirmili Damaratus apud Plutarch. Vit. Lycurg. p. 52. At verò postea in Laconic. p. 22. l. 5. σοῖ-
- P. 52. l. 9. Ἰκαριέως — *Hidrieum* — Raph. Reg. *Icarieo* — Ἰδριέως legendum pro Ἰκαριέως liquet (ut notat Xilander) ex Laconicis [p. 5. l. 9.] & Vitâ Agefilai.
 l. 18. πολλαπλασιόνων ὄντων τῶν πολεμίων — Hujus loci versio est melior & brevior apud Raph. Reg. *cùm multo plures hostes ipsi forent* —
- P. 53. l. 2. αὐτοῖς — Xiland. & Raph. Reg. *nobis* — Confer. cum Laconic. p. 18. l. 6.
 l. 5. μηδεμίαν πλάσαν μηδὲ μιμηλάν — suppleri possit, siquid desit, ex Laconic. p. 18. l. 12.
- P. 54. l. 16. Ἐυδαμονίδας — *Eudamidas* — Et esse sic legendum probat Xilander ex Laconic. p. 33. l. 17.
 l. 20. Supple *σεβήγητος* ex Laconic. p. 34. l. 1.
- P. 59. l. 26. *ansæ ferta* — Erratum typographicum corrige, *ansæ inserta* —
- P. 60. l. 26. *suafis suis* — Non, ut puto, satis Latinè.
- P. 62. l. 1. Ξαυνίων — Errorem præli corrige, Σαυνίων.
 l. 7. Λαβίνω — *Lævino* — Xiland. legit Λαβίνω —
 l. 15. εἰάν ἀμφότεροι γνώσιν ἡμᾶς — *si me nôssent* — Raph. Reg. *si nostrum utrumque noverint* — propiùs ad Græci textûs verba.

- P. 65. l. 15. πόλιν Βαθῆαν—*Urbem Bathyam*. — Raph. Reg. *munitam fossis profundis urbem*. Perridiculè, ut monet Xilander. Badia oppidum Hispaniæ apud Val. Max. legitur.
- P. 66. l. 8. μηδὲ βελομήτοις αὐτοῖς — Hæc omisit Latinus interpres: sed Raph. Reg. *ne volentibus quidem ipsis* —
- l. 17. ἢ κατέλυσε τὸ πόλεμον — *pacificationemque confecit* — Raph. Reg. & *bellum dissolvit*.
- l. 29. *triumphanti comitavit* — Hoc verbum & hanc syntaxin confirmant Ovidius (*Metam. xiii. v. 55. comitavit*) & Cicero (*Tuscul. 5. quæ comitantur huic vitæ*) syntaxin Græcam imitatus.
- P. 67. l. 8. Παῖλις ἢ καὶ Κοῖνός — *duobus Pætiliis* — Raph. Reg. *Pætilius & Quintus* — *Duos* (inquit Xilander) *Pætlios liquet ex 38^{vo} Livii libro. Quinti prænomen hic extat; alterius nondum inveni.*
- l. 17. Φιλιππον — *corrige, & antepenacue, Φίλιππον*.
- P. 68. l. 4. οἱ Ἕλληνες — *Achæi* — Sic reponit Xilander ex historiâ.
- P. 70. l. 17. τὴ ἐμπειρίας — *ejusdem peritiæ* — Sic & Raph. Reg. & Xiland. reponit τὴ αὐτῆς ἐμπειρίας ex Vitâ Paul. Æmyl.
- φοβερώτερον — Xilander mavult φοβερώτατον.
- l. 19. Ἐπὶ σοὶ — H. Stephani editio Ἐπὶ σοὶ —
- P. 72. l. 21. *Parcè usurpare potestate* — Hanc constructionem non intelligo.
- l. 3. κατακελεύειν, *flagitiis assentiri*. Raph. Reg. *lapidibus esse obruendos*. Quasi legisset καταλέγειν (quâ significatione καταλέγειν in Laconic. p. 50. l. 7.) Conjecturam malo Xilandri, qui putat legi posse κατακελεύειν. At quid si staret κατακελεύειν? *jubere, imperare?* Hæc enim significatio affertur in H. Stephan. Thes. Sic apud Senec. Troad. v. 290. *Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.*
- P. 73. l. 1. ὑμῖν — *Error præli; lege ἡμῖν* —
- l. 3. λόγος καλῆς — *honestis actionibus* — At Raph. Reg. meliùs, *præclaris orationibus* — quem sensum probat Xilander, quamvis in scripto sit, *πράξεσι καλαῖς*.
- P. 75. l. 13. μὴ σὺ — Hæc verba videntur superflua. Xilander hunc locum esse mutilum animadvertit.
- P. 76. l. 4. Πόμπιον — *Pompeium* — Legendum enim Xilander Πομπήιον, scilicet Q. Pompeium Nepotem, qui consul fuit anno U. C. 613.
- l. 7. καὶ περιμένοντες ἐκεῖνον — Hæc omittuntur in Latinâ versione. Sed Raph. Reg. *sed illum expectantes* —
- P. 77. l. 8. τρίτον — *tertium* — Xilander illud esse ambiguum censet; illum fuisse missum post duos triumphos & consulatum; vel cum duobus aliis, nempe Metello & Mummio.
- l. 9. Ἀνθρώπων — Alludi hinc notat Xilander ad Homer. Ὀδ. ε'. v. 488.
- P. 81. l. 19. Πομπία — *Popedio* — sic reponendum notat Xilander.
- P. 83. l. 5. ἐκ — *erratum typographici expunge, & reponere ἐν* —
- l. 8. Σκιπίων — *Scipionis* — legit Xilander Καίπιων — notissimâ historiâ fretus. Sic p. 85. l. 14. pro Στέλλιον vertit Gellium Γέλλιον.
- P. 85. l. 12. τυχεύων ἐπαίνων ἢ ψέων τὴ προσηκότων. Hæc à Latino interprete negliguntur: sed Raph. Reg. *congruas vel laudes vel vituperationes acciperent* —
- P. 86. l. 3. Sic πρὸς Πάρθους omittere noluit Raph. Reg. *erga Partbos* —

- P. 87. l. 26. Latinus interpres inferuit — *non advertisset animum* — nam in Græcis aliquid hujusmodi videtur desiderari.
- P. 88. l. 18. Κάσον Ποπίλλιον — in Cicer. Vit. Πόπλιον Κίσαν — ubi interpres vertit *Publium Cottam*.
- P. 89. l. 19. δυσνοεῖν — Latina versio *bene velle* — Raph. Reg. *malevolos esse? Vide* (ait Xilander) *ne sit legendum Ουοεῖν*. Sed *δυσνοεῖν* fortasse hîc est *dissentire*; ut sensus sit, Cæsare læto ob successus & spem, diversum sensisse ejus amicos, qui tristiores essent. Nodum tamen hunc
- fic solvi non fatis commodè arbitror. Nescio, an non *δυσνοεῖν* retineri possit, si sententia sit, juxta Raphaelem Regium, interrogativa.
- P. 91. l. ult. *Quo natu* — Mallem *Quâ ætate* — Tamen apud Nepotem lego in Vit. Pausan. *eam jam magno natu* — & in Vit. Timoth. *cum esset magno natu* — (Apophteg. Lacon. p. 6. l. 23. *tanto ipse natu*) Lambino tamen magis placeret, *magnam natu* — *magnus natu* —
- P. 93. l. 7. διαχίλιας πενηκοσίας μυριάδας — *millies sestertiùm* — Raph. Reg. *duo millia sestertiùm & quingenta* —

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΛΑΚΩΝΙΚΑ.

- P. 2. l. 8. προσίνας τοῖς βασιλεῦσιν — *qui regem accedunt* — Raph. Reg. *qui ad reges accedunt* — verbum (nisi fallor) *accedere* frequentius præpositioni, quam accusativo soli, jungitur.
- P. 3. l. 14. Pro καλέγσειλεν repone καλήγσειλεν.
- l. 6. τῷ κτ Δωδώνην Διὸς μανίῳ — sed priùs p. 52. l. 6. ἐν Ὀλυμπίᾳ — Id concilient sagaciores.
- l. 16. ὤρμησε μὲ καὶ ἐπὶ Καρίαν προάξων — *Simulansque in Cariam se ducturum* — Xilander pro καὶ legit ὡς — observans notas compendiorum affines mendo ansam præbuisse.
- l. 18. ἀποπεισάμενον — malo cum Xilandro legere ἀποπεισάσας, aut potius ἀρροπεισάσας. Nam lexicographos consulenti non occurrit ἀποπεισένδεν in hîc sensu.
- P. 4. l. 3. καὶ ἀπολυόμενον — Xilander ἀπλυόμενος legendum judicat, vel καὶ omittendum.
- P. 5. l. 19. ὡς μόνον αἰεὶ χεῖρας ἔωρασι. — *Ut solus tempestatibus anni uteretur*. Raph. Reg. *Ut solus [eâdem veste*
- quatuor] anni temporibus semper uteretur*. Hunc ergo locum esse mutilum putat Xilander.
- P. 6. l. 9. λέγων — Xilandro videtur *ᾤεισόν*.
- P. 7. l. 20. — *aliciuntur*. Erratum emenda, *alliciuntur*.
- P. 9. l. 1. Στραβιώτας — *Spartanos* — Xilander enim legit *Σπαρτιάτας* —
- P. 10. l. 20. erat — Prælum erravit. Rescribe *erant* —
- l. 14. τῶν Ναρθακίων — *Narthacio* — Xilander legit τῶ *Narθακίῳ* —
- P. 11. l. 2. Λόκοις ἀμφότεροις — *omittitur in Latinâ versione; sed in Var. Lection. Κορυθίοις, ἀμφότεροις ἐνίκησε* — & apud Raph. Reg. *cum Argivis & Corinthiis congressus, utrosque superavit* —
- P. 12. l. 4. ἀλλὰ τὸ λόγον μᾶλλον αὐτῷ συγκληρούτην — *Hæc ab interpretibus prætermittuntur*.
- l. 6. ἀπερατῆρόν, &c. Nec textum nec versionem hujus loci fatis planè intelligo. Raph. Reg. sic; *sed exigens ut se sequerentur, ex ipsis aliquos & duces & magistratus designabat*.

- P. 13. l. 4. Δεικηλίχης; ἔτω ἢ Λακεδαιμόνιοι τὰς μίμους καλῶσι. In versione non tota exprimitur sententia; sed Raph. Reg. — *Dicelicta? Sic enim Lacedæmonii histriones vocant.*
- P. 15. l. 2. ἰδέα — abest à Latinâ versione. Raph. Reg. *privatim.*
l. 16. δυχεράναι τε — Notat Xilander, vel τε legendum: & l. 17. πολλὰς ἀκολυθῆντας —
- P. 16. l. 2. τὰς χαλκῆς — *fusores deinde ærarios* — finè ullâ distinctionis notâ inter *fusores* & *ærarios*.
l. 8. αἰτίας — *infamiae* — Xilander legit ἀτιμίας — quam lectionem firmat vox ἀτιμίαν l. 10.
l. 20. καὶ μόνες νίκης αἰτίας ἰσάρεχεν — Hæc in versione omiſſa Raph. Reg. sic reddit, *victorie authores esse* —
- P. 17. l. 17. Ἐπὶ τῷ ἀρσερῶν — Hanc vocem in Latinis non expressam restituit Raph. Reg. *in sinistrae manus palmâ.*
l. 16. προθύμῆσεαζ — In var. lection. προθύσεαζ, sensu (si rectè coniecto) commodissimo; cui suffragatur interpretatio Raphaelis Regii, *sacrificium facere* — Hâc voce utitur alibi Plutarchus De Oracul. defect. p. 437.
l. 4. προθύομροι — Et mox in Laconic. p. 39. l. 15. προθυσαμροι.
- P. 18. l. 5. Νεκράεις — *Nectanabi* — Xilander enim legit ex historiâ Νεκταναείς.
Cυνεμάχειν — Errore præli; repone Cυνεμάχει. Ac simili errore l. 17. Ὀλυνθον — repone Ὀλυνθον —
- P. 21. l. 12. γένεσαι — mendosè; rescribe γίνεσαι — l. 12. λῶσε — sic p. 27. l. 1. λῶσε.
- P. 23. l. 11. Xilander legit ex Pausaniâ Ἀναξανδρίδας pro Ἀλεξανδρίδας.
- P. 24. l. 2. δέιδαι — var. lect. αἰδέϊσθαι — sic & Raph. Reg. qui hunc locum sic vertit, *Quia, inquit, de vitâ veneri, non, ut alii, timere studemus.* Neque tamen sensum fatiſ capio.
- P. 28. l. 4. τὸ οἶνον ἡδὺν — *vinum dulce redditurum* — Xilander post ἡδὺν supplet ποιήσεν. Et sic var. lection.
- P. 29. l. 7. εὐ μαχέμεροι — Xilander, uti & var. lect. rejecit εὐ, quod nil valet.
- P. 30. l. 5. Ἀνίπαυτος — *victor* — (omisso victoris nomine) — sed Raph. Reg. *Antigonus* — Hic (ut observat Xilander) Antipatro nihil est loci, sed Antigono.
l. 18. Ἄσα δηλῶμαι, πρέξω — *omnibus pro viribus rectè geram* — Raph. Reg. *Quæcunque belli nocumenta aut repellam* — Raph. Regius videtur derivâsse a δηλέω, id est βλάπῳ, quasi legere voluerit ἄσα δηλῶνται. Xilander nescit, quid secutus fuerit Regius; & ignorat, quid sit δηλῶμαι. Si fas sit post illos illustres criticos offerre, quid sentiam; vertam ἄσα δηλῶμαι quæcunque voluero: neque mea opinio erit ἀμάρετος. Hesych. δήλεσαι βέλεσαι, δήλονται βέλονται. Archyt. inter Fragm. Pythag. δήλομαι. Theoc. Idyll. v. ὕ 27. ἐήλθαι — ubi Schol. Δωρικῶς ἀντι βέλειαι. Porro δήλεσαι poterit dici pro θέλειν; nam (Hort. Adonid.) Β ἢ Δ εἰς ἄλλα τροπήν Αἰολέων εἰναί φασι.
- P. 31. l. 1. Ἀρβιλεονίδι — Apophthegm. Lacæn. p. 86. l. 2. Ἀρβιλεωνίς —
- P. 33. l. 8. Ἐμηρεπής — *Emereses* — Sed Xilander legit Εκπρεπής, ex Agidis Vit. apud Plutarch.
- P. 33. l. 19. τῶν γνωρίμων — *discipulis* — Raph. Reg. *familiaribus* — Hen,

- Stephanus in Thef. observat hanc vocem significare Latinè familiarem & quicum consuevimus; & peculiari magis significatione *discipulum*, uti apud Plutarch. de Virt. Moral. γνώμων ἢ μαθητῶν.
- P. 35. l. 15. κρείσσων ἢ εἰρῆνης ὁ πόλεμος — *commodiorem bello pacem* — Verfio textui pugnat; sed Raph. Reg. *bellum pace aptius* —
- P. 37. l. 4. Per incuriam, Thectameni postponitur Therycion. Sed in variis horum Apophthegmatum editionibus aliquandò ordo variatur. Peccatum hoc, quamvis leviculum, nolui tamen dissimulare. Sed p. 38. l. 10. gravius est ὀψώνια pro ὀψώνια.
- P. 38. l. 17. δόξας ἀγροικότερον εἶναι. *relictá de se rustici hominis opinione*. Sed melius, ut mihi videtur, Raph. Reg. *veritus, ne agrestior esse videretur*.
- P. 39. l. 1. ἐλθρουφηθεῖσιν ὑπὸ βαρβάρων — *qui sese barbarorum contumeliis exposuissent* — Raph. Reg. *barbarorum deliciis pellecti* — Hunc locum confer cum Apophthegm. Reg. p. 33. l. 14.
- l. 2. ὑβρίζειν διὰ πλάττα — *propter divitias insultare*. Raph. Reg. *divitiis ad contumelias abuti*.
- P. 40. l. 8. Ἄνοχας ἐφθήμερας — *inducias aliquot dierum* — Raph. Reg. *inducias septem dierum* — melius & verius.
- l. 13. δίκης ὑπέβλεπον — *summo jure* — Raph. Reg. *justitiá superius* —
- l. 14. Συνέθη — *usu venit* — sed melius in hóc loco Raph. Reg. *evenit* —
- P. 41. l. 27. *Ut nobis defendendis nostris conviciis tempus de tuá malitiá dicendi præripiatur*. Obscurè & non συνλαληκῶς; clariùs & brevius Raph. Reg. *ne tempus de tuá loquendi malignitate habeamus*.
- P. 42. l. 8. καίτοι περιουσία — *etiamsi satis locuples* — Raph. Reg. *quæ satis sunt* — Xilander legit καίπερ ἰκανά-
- P. 43. l. 3. τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν κεκλιημένων διὰ δειλίαν θηραθέντα — *Talia autem Interpres uno hóc verbo (— talia —) contentus supersedit addere, quæ ex præcedentibus faciliè possunt per sensum suppleri*.
- l. 11. Λάβω — *Labotas* — Xilander legit Λαβώτας ex Pausan. Pro μικρῶν πει (quod erratum est in accentu) repone μικρῶν πείρα. — nam præpositio nomini, quod ab ipsâ regitur, postponitur.
- l. 26. — *dicenti pro occasionum ratione ipsum esse mutabilem, respondit; Non enim sicut vos propter vestram malitiam*. Raph. Reg. magis juxta ordinem verborum, *cum faciliè mutari diceretur, Propter tempora, inquit, non ut vos propter vestrum ipsorum vitium*.
- P. 44. l. 4. τῆ δ' ἐγγύστερον πύλη — πει τ' κλειῖν — *propioris portæ pessulo* — Raph. Reg. *propinquioris portæ clavi* — Quid sit (inquit Xilander) ἢ ἐγγύστερον πύλη, non faciliè dixerim. Simile est apud Tullium de Divinatione.
- l. 15. πλεονεκλήσωσι — *alius alteri fraudem faceret* — Raph. Reg. *ut meliore quisque forent conditione* — Utramque significationem verbum hoc potest admittere.
- P. 45. l. 11. ἤδη γὰρ ἡκαμεις τὰς βαρβάρους, ἢ αὐτὶ τεθνάναι μέλλομεν — *jam enim aut moriendum est nobis, aut vincendi Barbari*. Hanc sententiam non vertit Raph. Reg. Xilander rectè censet locum esse mutilum; & cogitat probabile esse sic scriptum fuisse,

- fuiffe, ἢ ἢ ἢ κλανέειν τὸς βαρβάρους, &c. aut legendum ἤκομεν ὡς τὸς βαρβάρους, &c. ita propè ad Barbaros accessimus, ut eo simus loco, quo moriendum est.
- P. 46. l. 16. τῶν τελείων — qui ætate erant perfectâ — Raph. Reg. qui duxerant uxores — et priùs τὸς ἡβέεας — juvenes cœlibes. Ita quoque interpretatur H. Stephanus, citans hunc Plutarchi locum, in Thesauro.
- P. 47. l. 2. Πολυανίδας — Polyænidis — malo Polyænidæ cum Raph. Reg.
- l. 11. ἀκάνθας ἢ λιχθείας τινας — quibusdam gulæ irritamentis — Raph. Reg. — & spinas & quædam gulæ irritamenta — Xilander scribit se nondum didicisse, quibus carduis libenter spinisve vescerentur canes.
- P. 50. l. 2. Hæc [καλαποπολεμήκει ἢ Ἀνθλωαίως] Paratthesi includere commodius est.
- l. 12. ἐπέδειξεν — Xilander legit ἀπέδειξεν —
- P. 52. l. 1. ἐσέρησε. Xilander supplet ἀγάμης. Et l. 16. τῶν αἰτίων post ζῆλον —
- P. 53. l. 14. ταύτων — Xilander reponit ταῦραν — Et hunc locum mutilum restituit ex Vit. Lycurg. apud Plut. p. 49. l. 27.
- l. 32. postea temporis — Dubito, an Latinum sit. Mallem post id temporis. Lego in Plauti Truculento, post id locorum.
- P. 55. Raph. Regius multa inseruit l. 9. quæ à Græco textu absunt: sic se habent; *Lysander missas à Dionysio Siciliae tyranno pretiosas vestes suis filiabus non accepit, quòd diceret se vereri, ne illis indutæ deformiores viderentur. Sed haud multò post cùm Dionysius ipse duas misisset stolas, hortatusque foret, utram illarum vellet, eligeret, ad familiamque ferret; ipsa, inquit, illa meliùs eliget; ac*
- utrâque acceptâ abiit.* Hæc autem reperiuntur in Vit. Lysand. p. 434.
- l. 13. καὶ τὸ καλὸν ἐν τῷ συμφέροσι — deest in Latinâ versione: sed Raph. Reg. & bonestum in commoditate —
- P. 56. l. 9. ἐφεςώτων — cùm defecissent — Xilander legit ἀφεςώτων —
- l. 16. τῶτο δὲ ποιεῖν — subauditur in versione; at exprimitur à Raph. Reg. hoc oportet facere?
- P. 57. l. 9. Ἐυρυπρωιδῶν ἢ Ἀγιδῶν — Eurytionidarum & Agiadarum — Xilander vera restituit vocabula, ex Plutarcho & aliis. Consule Vit. Lysand. p. 447. l. 27.
- P. 58. l. 7. Ἀνοχία — Rebus secundis — sic editiones & Parisiensis, & Hen. Stephani errâsse turpiter mirum est. Raph. autem Reg. *Adversa fortuna.*
- P. 61. l. 6. εἰὰν μὴ τῶν γυναικῶν χρεία τις καταλάβῃ, nisi mulierum aliquis usus incidat. Raph. Reg. nisi mulier aliqua necessitate cogatur.
- l. 13. Ὅτι, ἔφη, ἐκείνοι μὲν ἄλγειν ἢ βασιλεύειν ἐχρηζον — quia, inquit, illis ut imperarent ac regnarent, necesse fuit — Raph. Reg. Quia illi magis, inquit, duces esse quàm regnare volebant — Xilandro interpres videtur aut aliud legisse, aut locum suspectum habuisse. Hoc forsan dicere voluit; primos reges necessitate coactos regnum tenuisse, sed reliquos ob virtutem ei præesse.
- P. 62. l. 8. πῶς ἀδελφοῦς — Xilander miratur, cur Raph. Reg. verterit *Delphos.*
- P. 63. l. 9. Raph. Regius vocem Σῶον pro Appellativâ sumptam adjunxit ad δαῖσαι, & vertit sic, — qui virum fortem salvum monstrare possit. Cùm post δαῖσαι incipere debeat nova periodus; & Σῶον sit proprium viri nomen. Quod quidem constat ex alio loco Plutar. i in Vit. Lycurg. (p. 40. l. 11, 18) ubi illa *Soi* historia

- ria memoratur; Αέλε) ἢ τὸ Σόον, &c. & illud nomen non per ω, sed ο effertur. Henricus Stephanus in suâ editione Raphaelem Regium secutus est in Græco quidem textu, non autem in Latinâ versione.
- P. 63. l. 12. ἐφρέζον δ' αὐτῶ οἱ πολέμιοι — Hoc, quod omisit Latinus interpres, reddidit Raph. Reg. — *nam illum hostes præsidii tenebant.* Similiter p. 64. l. 1. ἀβωμονέστερον ἢ [quod in Latin. omittitur] Raph. Reg. habet, *sed ingratus.*
- P. 65. l. 2. ἈΔΟΞΩΝ — Hoc omisit Latina versio, sed Raph. Reg. *ignobilium* — Et tituli illius Græca verba fidelius interpretatur, *Varia ignobilium Laconum Apophthegmata.*
- P. 68. l. 11. τασιάζοντες πειοῖα — *diffidere pateretur.* Raph. Reg. *diffidentes negligeret.*
- l. 14. ἐπεὶ ἀγλύεαθ ἔμελλον — *qui pacis componendæ gratiâ intervenerant* — sed Raph. Reg. *cum is moriturus esset* — Xilander observat rectè, ἀγλύεαθ si significet *mori*, scribendum esse ἔμελλον; si autem *pacificare*, ἔμελλον. Sic & in scripto legi affirmat.
- l. 22. *virtutes* — Præli erratum corrige, & lege *virtutis.*
- P. 70. l. 7. Ὅποιος καθίσεις — *pro eo atque descenderis* — Raph. Reg. *qualis accesseris* — Xilander legendum scribit καθίσεις *descendes*, quod futurum in communi linguâ negant tamen usurpari Grammatici.
- οἱ μὲν γὰρ λέοντες βαδίζοντες σκοπυαίουσι, τὰς ἢ λαγῶς ἵππὶ τῶ σκηνῶ θηροβομας, &c. *Leones enim venatum prodimus, lepores in latebris venamur.* Raph. Reg. *Nam leones vadentes plorant, lepores autem in umbraculis venamur.* Xilander legit σκοπυαίουσι; & sententiam elucidare conatur sic; *Lacones eunt venatum contra leones, adeò sunt magnanimi; lepores, si Spartam veniant, capiuntur.* Fateor equidem me neque Græca verba neque Xilanderi explicationem intelligere.
- l. 8. Ἐν χειραψία, &c. Hoc Alcibiadi attribuitur prius in Apophthegm. Reg. p. 39.
- l. 17. τυρῶν — Raph. Reg. addit, ἔ acetum —
- P. 27. l. 13. κάρηπολιόν — Corrige errorem præli, voces dividendo, κάρη πολιόν —
- P. 73. l. 14. κακανεῖν νέων ψυχάς, *ad blandè ducendos juvenum animos.* Raph. Reg. *ad excitandos juvenum animos.* In Vit. Cleom. Plutarchus habet αἰκάλλειν (p. 805. l. 38.) *demulcere.* Idem Plutarchus in libello Πότερα τῶν ζῶων φρονιμώτερα (p. 958. l. 6.) habet καλλύνειν; quod Xilander mavult, cum à κακανεῖν propius absit. Consule etiam Hen. Steph. Thes. in voce κακανεῖν.
- P. 75. l. 11. καὶ ἐναπερέιδων — non difertè exprimitur in versione — Raph. Reg. ἔ in hærens — sed ἐναπερέιδειν & ἐπερέιδειν significat *infigere*; quod huic loco satis convenit.
- P. 76. l. 6. τὰς νεανίσκους — lege τὰς νεανίσκοις — uti apud Plutarch. Vit. Lycurg. p. 46. l. 49. De jure illo nigro lege Cicer. (edit. Car. Steph.) 5. Tusc. 70.
- P. 77. l. 1. ἀνδὲ χιτῶν — Raph. Reg. *sinè tunicâ* — H. Steph. *intunicati* — Quo auctore nescio.
- l. 6. λυκοφάναις — Hesych. λυκοφάνον, τὸ ἐχινόποδα Μεσσηνιοί.
- P. 78. l. 7. ἐτέρως — Subaud. *κολάσεις* — H. Steph. *alia verbera* — Raph. Reg. *alias castigationes* —
- l. 17. ὃ βρωμα — Xilander legit τῶ βρωμα — Et p. 79. l. 7. γυναικῶς pro γυνικῶς.
- P. 79. l. 14. αὐγάσδεο — Raph. Reg. *intuere* — H. Steph. *experire* — uti Plut.

- Plut. in Vit. Lycurg. p. 53. l. 14. *παῖραν λάβει* — Hesych. *ἀγάζομαι, βλέπω.*
- l. 16. *ἐμβασίλοι ῥυθμοὶ* — Sic Plutarch. in Vit. Lycurg. p. 53. l. 17. Hen. Steph. in Thes. *ad quos praelium committebatur.*
- P. 82. l. 5. *οἱ παρομιμαζόμενοι, &c.* Xilander sententiam huic similem affert ex Æschyli Persis (χ' 744.) *'Αλλ' ὅταν σπείδῃ τις, αὐτὸς χ' ὡς θεὸς ξυνάπτει*.
- l. 13. *ἀπολαεῖν* — Hunc errorem admittit editio Parisiensis: sed H. Steph. *ἀποκαλεῖν* —
- l. 14. Xilander hos versus (apud Strab. lib. 10. p. 457. edit. Paris. 1620.) ibi sic reddit,
- Nunc aliquis nostrá Saiúm sese aspide jactat;
Quam liqui ad dumum non ego sponte meá.*
- P. 83. l. 15. *ἀποφορὰν τῶν ἀνωθεν ἐσαμμένην. Constitutos superioribus annis reditus pendebant.* In Græcis desideratur verbum. In Var. Lect. *ἀποφέρουτες τὴν ἀνωθεν ἐσαμμένην.* Unde totam sic sententiam refingo; *ἀποφέρουτες ἀποφορὰν τὴν ἀνωθεν ἐσαμμένην.* Budæus in Comment. (edit. Paris. 1548. p. 171. l. 1. legit hunc locum sic, *ἀποφορὰν τὴν εἰρημμένην τελεῖτες.*
- P. 89. l. 6. *'Α φιλοχρημασία Σπάρταν ὀλεῖ* — Hoc hemistichium in versione (edit. Plutarch. Paris.) completur sic, *Nil Spartam perdet, nisi cara pecunia facta.* Et Græcum est integrum apud Paræmiographos: *'Α φιλοχρημασία Σπάρταν ἔλοι· ἄλλο ὃ εἶεν.* Cicer. in lib. 2. Offic. *Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nullâ re aliâ, nisi avaritiâ, esse perituram.*
- P. 87. l. 4. *μαλακῶς σολὴν προσάγαγον* — *vestem mollitè attraxisset* — (Annon potius *molliter*, aut *molliter accedentem* — uti in edit. Paris.) Xilander non valde probat *σολὴν* — et mallet legere *χὲν σολὴν* — In Var. Lect. *μαλακῶς σολὴν* —
- P. 88. l. 17. *κατάγγελον* — *malorum nunciium* — In Var. Lect. *κακάγγελον* — sed nil puto mutandum: quamvis Xilander *κακάγγελον* malit. Budæus hunc locum citat in Comment. (p. 408.) & vertit *κατάγγελον obnunciatorem.*
- P. 92. l. 5. *κἂν* — rescribe *κἂν* —
- l. 8. *ἐξήγαγεν ἑαυτὴν, mortem sibi conscivit.* H. Stephanus in Lexic. Ciceron. p. 58. interpretatur *ἐξάγειν ἑαυτὸν εἰς βίαν, mortem oppetere.*



Cleaned & Oiled

